ut quodammodò omnium dolor ficret, qui solum opprimebat. Sanè quod et Naso expertus fuit.

Sen stupor huic studio sive est insania nomen
Omnis ab hâc curâ, mens relevata mea est.

et mirificè profuit, non uno idiomate lugere. Horum igitur ut dixi schediasmatum (nam et subitanea omnis fuit et desultoria scriptio) pars est, quam vides, Censuras ut solenne est mihi tuæ supponendas, priusquam vulgò. Censes sè et pronuncia, cum hoc solo moderamine, ut memineris, quo rerum mearum animique turbine exarata sint ista. nam quod alibi idem Naso statuit, grande doloris ingenium esse, fateor nec evenisse mihi nec vero simili videri. Postremò, si nauseas, et iraseeris toties tribunal tuum de tribus capellis appellanti, cave commodi amici landem in discrimen des. quid autem cave Christiani, nosti enim ubi scriptum sit. ὃς τις δε ἀγαπᾷ πλίον εὖ. Vale. Tandem vale Censor amicissime et me ama, satis sic opinor, resarcientem, si quid silendo peccatum est. Hagæ Com: ipso æquinoctio verno. CIↃIↃCXXXIX.

Nondum de tabulâ manum tollo. amisi enim sine quo raras ad te literas observavi; quid scribis musici aut meditaris? ὅταν δέ μή τοιοῦτον τι πρᾶξις πρὸς τῶν θεῶν πῶς διατίθεις, ἢ τί ποιεῖς: de valetudine enim nihil ultra inquiro, confidens bonam et firmam esse.

A: Mariæ Schur = manna.

(274).

Si minimum vacas, nobilissima Virginum, quod quam rarò tibi indulgeas facilè conjicio, Si vacas tamen, est hic ubi, horæ momentum sic parcè ~~ubi~~ colloces, quasi dormias. quod ipsum quando nec omnibus facis, facere te nunc paulisper meâ causâ persanctos, Illius mane rogo, quæ et ipsa καθεύδει ἀκ ἀπέθανε, atque ut in virtutis tuæ perpetuâ admiratione vivit, etiam amicitiæ, nisi fallor, innotuit, vetusto cultu. Poematium vides in gratiam olim et impulsu τῆς μακαρίτιδος calidè inchoatum, sensim, et quæ vitæ meæ sors est, desultorio impetu productum, tandem acerbo ejus funere, cujus de suavi mecum contubernio summa ~~erat~~ argumenti erat, repentè abruptum. Tantâ sui parte mutilum

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 96rv
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2078

mutilum subduci literatorum oculis nescio an debuerit,
certè nequiit, contendentibus plerisque, ut nec ijpsi quidem
effugiat; quâ de re cum hactenus dissentiamus, pauci
me, ut vides, lectoribus, quibus ferè contentus scribo
cen~~s~~endum præbeo. Et occurris instar omnium, illustris
patriæ gemma, iis quidem de causis, quas modestiæ
tuæ ne abtrudam, ægrè mihi legem dico. Lego, si tan
tum, inquam vacat et censeo. censoria mihi virgo et
virgas hic futuras, ut cujus me judicij decreto cætera
omnia post habenda statuam. Vale super sæcula et
mores sæculi morumque decus. ἐς τοσοῦτ μοι χάιρειν,
quantum hic impudentiæ est, benignè condones.

Hagæ Com: IV. Id: Aprilis
CIↃIↃCXXXIX.

Magni nominis Tui
addictissimo Cultori.
C. Hugenio.

D. Gisberto Voetio hactenus mihi
facie ignoto, ab eruditionis verò
fama Clarissimo Salutem
prideni notissimo, tuis ut meis
verbis diei postulo

[275].

Puteano. Filio tuo, Vir Amplissime, a militibus nuper nostris, in
dignis modis accepto, quid facto opus esset per Amanu
sem indicari jussi, distractior ipse, ut soleo; imo, tu
apparatus bellicos, ut non soleo. Dum expecto supplicem
libellum, ut operam ipsi meam præstare possim et fi
ecce, datam Parenti libero, tamumque meam, quandom
Hagæ ipsam vitas, (pulcherrimo sanè situ insignem, qu
hic exprimi nequit) per Patriæ calamitatem non licet, lon
sisto. Ingredere et censeo. nam nec hospite quidem te
contentus sum. unà judicem appello, et quem πανίσοε
semper statui, etiam in hâc lutrica, certe minus severe
parte Matheseos, Architectonices magistrum postulo
ut convictus errorum, quos ingenuè agnoscam, me
jam non periculo sed damno alijs cautioni sim. De
hisce tabulis dissertatiuncula, quâ causas ædificiorum
modos filiis meis, admodum puellis, sed harum rerum
non incapacibus, exponere decreni, ut in promptu
post me habeant, quo defuncti factum hæredes pro
fortè eâdem operâ in cæteris veteris Architecturæ
sacra

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 96rv
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2078